

mediatione sectum fuerit, minusque eius segmentum à toto latere Icosaedri sublatum; à reliqua quoque recta linea pars rursus tertia detracta: Relinquetur latus Dodecaedri in Icosaedro descripti.

Theorema 20. Propositio 20.

Cubus sibi inscriptæ pyramidis triplus est.

Theorema 21. Propositio 21.

Pyramis sibi inscripti Octaedri dupla est.

Theorema 22. Propositio 22.

Cubus sibi inscripti Octaedri sextuplus est.

Theorema 23. Propositio 23.

Octaedrum sibi inscripti Cubi quadruplū sesquialterum est.

Theorema 24. Propositio 24.

Octaedrum sibi inscriptæ pyramidis tredecuplum sesquialterum est.

Theorema 25. Propositio 25.

Pyramis sibi inscripti Cubi non cupla est.

Theorema 26. Propositio 26.

Octaedrum ad Icosaedrum sibi inscriptum proportionem habet, quam duæ bases octaedri ad quinque bases Icosaedri.

Theorema 27. Propositio 27.

Icosaedrum ad Dodecaedrum sibi inscriptum, proportionem habet compositam ex proportione lateris Icosaedri ad latus cubi in eadem cum Icosaedro sphaera descripti; & ex proportione triplicata eius quam habet diameter Icosaedri ad rectam lineam